



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

C. B. D.

SPONSOR PACIS

Quem

SUB PRÆSIDIO
VIRI

NOBILISSIMI AMPLISSIMI AC
EXCELLENTISSIMI

DN. ULRICI OBRECHTI,
IN INCLYTA ARGENTORATENSIVM

*ACADEMIA HISTORIARVM PROFESSORIS
CELEBERRIMI, COLL. PHIL. p. t. DECANI*

Dn. Patroni, Præceptoris atque Hospitis
sui æviternum colendi,

Ex Eiusdem privatis discursibus à se delineatum

SOLENNI EXAMINI SISTIT

IOHANNES FERDINANDUS STAUFFER
ab Unterach.

A. D. Martii MDCCLXXV.

ARGENTORATI,

Literis GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFII,

Imprimebat JOHANNES Schüz.



V I R O
PRÆNOBILI ET MAXIME
STRENUO
D O M I N O
JOH. WOLFGANGO
WAGNERO à STAUFF &c.

PATRONO OPTIMO
COGNATO MERITISSIMO

PATRONE OPTIME,
COGNATE MERITISSIME:



*Espectavit votorum meo-
rum assiduitatem For-
tuna,*

tuna, dum desideratam diu occasionem mihi indulfit, ut de favore & patrocínio Tuo, publica gratulatione possem gloriari. Meritis quidem in me TVIS dignum monumentum erigere, non patitur harum pagellarum exiguitas: At nec Antiquitas tenerrimos tam arctæ necessitudinis, qua TIBI conjunctus sum, affectus, in marmore potius, quam in tenui cortice exarasset; & ego beneficiorum, quibus à prima infantia me venerationi & cultui

cultui Tuo innutrivisti, gratam memoriam in animo meo, quam in charta malo perennare. Cum tamen apud me expenderem, quam propensa voluntate semper passus esses Paternæ conjunctionis fructum in me derivari; rem & officio meo & studio congruentem me facturum esse existimaui, si eodem specimine PARENTI OBSEQUIVM & PATRONO OPERAS meas approbarem consecraremque. Quod consilium meum Te benigne inter-

*interpretaturum esse, prorsus
confido, meq, ut porro benevo-
lentiæ TVÆ commendatum ha-
bere non dedigneris, obsecro*

*Scrib. Argentorasi
d. 16. Martij 1675.*

Prænobili Strenuitati
Tuæ

*ad quævis obsequia
devotissimè addictus*

Joh. Ferdinandus Stauffer,
ab Unterach.



I. N. I. C.

CAP. I.

- | | |
|--|--|
| <p>I. In comparatione rerum eligendarum non aliam, quam fidam & stabilem pacem bello preferendam esse.</p> <p>II. Homines ad colendam inter se pacem, jure naturæ obligari.</p> <p>III. Quantum roboris fœdera & pacta</p> | <p>huic obligationi adjiciant.</p> <p>IV. Media firmandæ pacis Veteribus usitata.</p> <p>V. Fœderum & Sponsionum apud Romanos differentia.</p> |
|--|--|

I.



Verum admodum inter Gentes nullo civilis Imperii vinculo connexas, belloque imprævis aut simultatibus collisas, pax firma sanciri, & adversus casuum ac propositorum humanorum inconstantiam stabiliri queat; consultatio est, in qua maximi quique publicorum negotiorum Tractatores, præcipua dexteritatis & industriæ suæ specimina elaborarunt. & si quis indolem ac momenta civilium curarum rectè expendat; vix potest occupatione magis arduâ, tuendæ juvandæque societatis humanæ studium, gloriosius enitescere. Nam ipsum quidem contrahendæ pacis negotium, expeditius plerumque & proclivius facit necessitas temporis, rerumque usus. Cujus inclinatio, nisi constructis cæpense munimentis circumsepiciatur, levi momento versa, in novos denuò & sæviore tumultus abripit, quos utilitas pacis, vel è bello pericula, spe metuve temporario concepta, in amicitie cujusdam & pacis imaginem copulavere. Si tamen in illos conjunctionis ullius aut concordie nomen aptari potest, inter quos dilata magis prælia, quam bellum finitum est, & armorum quidem strepitus, sed non metus & pericula quiescunt. Dulcissima utique

pacis & quietis vocabula vix congruè usurpantur, ubi paci fiducia, quieti securitas deest : qua unice prudentes & quierem & pacem æstimant. In pace suspecta tutius bellum, pronuntiant apud Tacitum aliqui : & in re præsentis demonstrant duo gravissimi Oratores, Demosthenes & Cicero. Omnis insuper ævi exempla loquuntur, frequentius conventionem paciq; simulationem credulis, quam arma nocuisse. Unde apud eos, quos fortuna liberioribus auspiciis permittit consilia sua disponere, nunquam tanti esse otium debet, ut sine idonea cautione futuræ tranquillitatis, optent pacem : cui tum demum vero elogio salus & incolumitas humani generis imputatur, quando non ad imaginarias fucatasque delicias, umbram quandam sui & speciem ostendat; sed cum ad sinceram constantemque felicitatem, se ipsam mortalibus impertit : qualem precantur, qui in ludo ingeniosissimi Poeta, non Paci magis quam Prudentiæ litant :

4. H. 49, 3.
de falsa legat.
p. 213.
Phil. VII. 6.
Veget. de Re
Mil. III, 3.

Aristoph. Et.
en' edit. Bisc.
pag 697.

Ω σεμνοτάτη βασίλισσα Θεᾶ
Πότνι εἰρήνη
Δίξαι θυᾶν τὴν ἡμετέραν,
— — — ἢ μὴ ποίει γ' ἄπειρ ἀγ
Μοχλευόμενα δ' ἄρα μᾶλλον,
Καὶ γὰρ ἐκείναι εὐδακλίναςαι
τῆς αὐλείας εὐδακίπτουσι,
Καὶ τις αἰσχίχει τὸν γέν' αὐταῖς
Αναχωρεῖσσι,
Καὶ τὴν ἀπίει παρακίπτουσι.
Τέτων σὺ ποίει μηδὲν ἔθ' ἡμᾶς
Μὰ Δί' ἄλλ' ἀπόφηνου ἄλην σαυτῶν
Ἐννοιαπρεπῶς.

O veneranda, O Regina Deæ,
Reverenda ð Pax !
Accipe nostra hec sacra libamina ;
— — — nec fac quod facere solent,
Dum morchantur femina adultera,
Qua reclusis paulum foribus.

Vix

Vix se ostendunt despicentes,
Si quis ad ipsas studiosè venit,
Regrediantur:
Qui si abscesserit, iterum intervident:
Tu nihil in nos fac Dea eimodi:
Quin potius te pandas totam,
Prout addecei ingenuas.

II. Quamquam si votis bonorum, res humanæ transige-
rentur, tranquillitatem hominum, non adversus belli tantum
vim apertam, sed contra occultas pacis insidias, satis validis
præsidis Natura muniverat: cujus incorrupto dictamine, et-
iam citra pactum promissumvè ullum, ad sinceram stabilem-
que concordiam omnes obstringuntur. Idque ràm explicato
tamque potenti impetio; ut ejus vim illi quoque sentiant, qui
primas duntaxat, hominiquè cum cæteris animantibus com-
munes inclinationes sequuntur: quibus immanissimæ quæ-
que feræ ad pacem inter congenera animalia mitescunt. Ca-

ni *caninam non est*: Vetus παροικία erat.

Neque hic lupi mos, nec fuit leonibus

Varr. de L. B.
VI. p. 71.

Unquam, nisi in dispar genus:

inquit Horatius: Cujus sententiam Plinius paraphrastice diffudit: Epod. VII. II.

Cætera animantia in suo genere probe degunt: congregari videmus & sua. Hist. Nat. VII.
re contra dissimilia: Leonum feritas inter se non dimicat: Serpentes mor-
sus non peius serpentes: ne maris quidem belluæ ac pisces, nisi in diversa

genera seviunt. Eleganti verò carmine complexus est Lucretius:

Serpentum major concordia; pariter
Cognatis maculis similis fera. Quando Leonis
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore unquam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam; fævis inter se convenit ursis.

V. 15, 159.

Quinimò ne in diversa quidem genera, nisi fame stimulante ir-
ruere bruta animalia, tradit ex Aristotele, Porphyrius οὐδὲ ἀποχῆς
Lib. III. §. 12. Αλλῶς ἢ τὸ εὖ λεγόμενον, ὡς εἰ ἀφρονίαν τῆς τροφῆς
πάντα τὰ ζῶα ἐκίχητο, ἢ τ' ἂν οὐκ ἄλληλα, ἢ τὸ οὐκ ἀνεβίβητες
ἐξ ὧν

ἄλλοις ἂν ἀγέλης. Verum est illud Aristotelis, quod si omnia animalia ali-
 menti haberent copiam, neq; adversus se invicem, nec contra homines desavi-
 rent. Cum autem homines insuper intellectu & rationali judi-
 cio ad cognoscendam perfectius hanc sui generis similitudinem
 natura deduxerit; eadem quoque illos intelligenda est longè
 potentiore affectu conciliasse sibi invicem, & ad pacem inter
 se colendam validioribus vinculis adstrinxisse. Chrysostomus
 ad Rom. Homil. 31. Ἐχομεν φυσικὴν τινὰ πρὸς ἀλλήλους οἰκείωσιν, ἢ
 τὴ θεία πρὸς ἀλλήλα χάτηνται. Habemus naturalem quandam inter nos
 societatem, quam fera quoq; inter se custodiunt. Quod ex Ethnicis
 etiam viderunt, qui universalem quandam inter omnes homines socie-
 tatem ac amicitiam ab ipsâ naturâ statutam esse; homines ipso humanitatis
 intuitu impelli, non tantum ne nocere aliis velint, sed ut prodesse studeam &
 auxilium ferre: atq; dum humani à se nihil alienum putant, laeti tristi-
 busq; hominum casibus, perinde adficiantur: quedam officia non tam ho-
 minibus, quam humanitati tribuenda, definiunt. quod itidem Poëta
 expressit.

Juvenal. Sat.
 P. 15. 138.

Naturæ imperio gemimus, cum funus adulta
 Virginis occurrit; vel terra clauditur infans
 Et minor igne rogi. Quis enim bonus & face dignus
 Arcanâ, qualem Cereris vult esse Sacerdos,
 Ulla aliena sibi credat mola? Separat hac nos
 A grege mutorum.

— Mundi

Principio indulsit communis Conditor illis
 Tantum animas; nobis animum quoq;: Mutuus ut nos
 Affectus petere auxilium & prestare juberet.

Illis verò diluciditâs distinctiusq; hujus sententiæ veritas patet,
 qui voluntatem Summi naturæ Parentis è Sacris literis perspe-
 ctam habent: quibus I. Vox naturæ, non ledendum alterum; nemini
 hominum jus suum detrahendum; proximum diligendum; evidentissi-
 mis & passim obviis præceptis reperitur: certissimum univer-
 salis inter omnes homines pacis fundamentum: quæ non pot-
 est plenius, quam quieto juris sui usu definiri. Ut vel hinc ad
 illam custodiendam se obstrictos intelligant, quotquot rectæ
 rationis dictamini auscultant: quod regula istorum præcepto-
 rum

rum nullum bello locum relinquit, nisi cum adversus illorum violatores pax est stabilienda. II. Promulgantur mandata expressa & specialia, de colenda pace & sectanda vitæ tranquillitate, additâ execratione illorum, qui bella & discordias excitant. *Psal. XXXIV. v. 15. Diverte à malo & fac bonum: inquire pacem & persequere eam. add. 1. Pet. IH. 11. Prov. XII. 20. Dolus in corde cogitatum mala: qui autem pacis intant consilia, sequitur eos gaudium. Esai. XXII. 17. Et erit opus justitiæ pax, & calculus justitiæ, quies, & securitas usq; in sempiternum. Zachar. VIII. 19. Hæc dicit Dominus exercituum: jejuniaverunt domus Juda in gaudium & letitiam, & in solennitates præclaras: veritatem tamen & pacem diligite. Matth. V. 9. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ ὅτι αὐτοὶ κληθήσονται. Beati pacifici: quoniam filij Dei nominabuntur. Marc. IX. 50. ἔχετε εἰς ἑαυτοῖς ἄλας, & εἰρηνοῦσθε εἰς ἀλλήλους. Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. add. Joh. XIV. 27. Rom. III. 15. gravis detestatio existat eorum, ὧν ὁξὺς ἡ πόδις ἐκχέει αἷμα, & ὁδὸν εἰρήνης ἐκ ἔγνωσας, quorum veloces pedes ad effundendum sanguinem; & viam pacis non cognoverunt. 1. Cor. XIV. 33. ἡ γὰρ ἐξουσία αἰσῶν ὁ Θεὸς: ἀλλ' εἰρήνη. DELIS enim non est Deus disensionis, sed Deus pacis. Adde II. Cor. XIII. 11. & 13. Ebr. XII. 14. Rom. XII. 18. εἰρήνην διακονεῖτε μετὰ πάντων. Consecramini pacem cum omnibus. III. Exponuntur indubia narrationis fide origines humani generis, vitæque primordia, ab uno conjugum pari latissime diffusa consanguinitate per omnia sæcula propagatæ. Unde, quia citra ullas ambages liquidissime patet, necessitudinem inter nos cognationemq; naturam constituisse; irrefragabili concludendi efficacia consequitur: hominem homini insidiari nefas esse. Senec. controvers. Just. & Just. neq; feris inter se bella sunt: nec si forent, eadem hominem deceant, placidum proximumq; Divino genus. Quæ tanta vos fert ira, cum una stirps idemq; sanguis sit? Quod unum satis esset ad confutandam Hobbesii sententiam: ex vanis quibusdam ineptisque ratiunculis adstruere conantis, statum hominum naturalem, non pacem, sed bellum esse. Qui error jam ab aliis, & non ita pridem plenius à Clariss. Pufendorfio est confutatus.*

L. 3. D. de
Senec. controvers.
Just. & Just.
Elem. de Civ.
L. 2. & seq.
de Jur. Nat.
& Gent. II. 2
& seq.

III. Loquimur autem hæctenus de illa obligatione ad pacem, quæ naturalis præcepti autoritate unice vel immediate nititur, atque hinc eos etiam populos obstringit, inter quos

quos nulla fœdera vel pacta de servanda pace contracta sunt. quæ cum accedat, novum à dictamine rationis naturalis ad præcedentia, præceptum adjicitur, *de fide inter pacificos data firmiter servanda.* quod Cicero quidem *justitia*; Aristoteles verò *universi*, quod est inter homines, *commerci fundamentum* vocavit: ut non leve aut inutile momentum censeatur, quod ad pacem & concordiam diversarum gentium stabilendam, pacta & fœdera adferunt: etiamsi nihil aliud in iis constituitur, quam id, ad quod jam antea gentes ipsa lege naturali tenebantur. Cujus generis fœdera non tantum inter hostes, qui à bello discedunt, sed & inter eos, qui antea nihil contraxerunt, quique inter se nec meritis nec odio cogniti sunt, locum obtinere, jam à Grotio admonitum est. quanquam & in iis conventionibus, quæ superaddunt aliquid juri nature, agitari hæc disputatio potest: circa efficaciam ulumque articulorum generalium, quibus pacem & quietem servatum iri, injurias & offensiones abfore, aliaque similia, cultiores etiam populi, non solum utique solemnitatis aut mutue contestationis causa paciscuntur. Et hunc quidem usum esse istis pactationibus, ut gentes quæ à pace naturali, bello, vel mala consuetudine recesserunt, ad eam redcantur, expeditum est. Quod si verò inter populos, qui hæcenus neque beneficiis neque injuriis, pace aut bello fuere cogniti, fœdera ineamur, in quibus circa pecuniaria quædam præstanda non convenitur, illa amicitia sancienda causa iri, adeoque certiorum conjunctionem, quam naturalis illa Pax, producere fateatur Puffendorfius. Qui de cætero, tale pactum mire, cujus capita & conditiones nihil aliud contineant, quam quod quis immediate non sit violaturus id, quod jam à natura expresse fuerat præceptum, non inutile tantum & à consuetudine hominum cultiorum abhorrens, sed parum quoque reverens erga Divinum Numen pronunciat. de quo tamen ex formula veteri, amplius cognoscendum censeo. Nam I. quod ad utilitatem hujus pacti attinet, illud obligationem quidem ex præcepto naturali, de non offendendo altero, descendente perfectiorem efficaciorique non reddit; quippe in suo genere & perfectissimam & efficacissimam: sed novum tamen medium suppeditat, quo intercedente, præceptum naturale alterum,

I. off. 7.
Rhet. ad The-
od. I. 15.

de Jur. Belli
& P. II. 15.

d. J. N. & G.
II. 2. 11.

ut si qua convenerunt, ea fideliter præstentur; quod paci universali, contra *Hobbesium* itidem à *Pufendorfio* substernitur, demum incipit vim suam exserere, obligationemque producit, objecto quidem argumentoque in priori illa obligatione comprehensam, constitutione autem & effectu cum ea nihil aliud quam concurrentem. Unde & is, qui pactus non est de pace colenda, & is qui pactus est, æqualiter obligantur DEO ad observandum ejus mandatum, de non lædendo altero; is autem qui pactus est, insuper obstringitur præcepto de servandâ fide: aliæque itidem gentes, ne turbentur lædanturque, à naturâ quidem adversus utrumque æquale jus habent; sed adversus eum qui pactus est, ex sua insuper conventionem atque illius adeo facto cum quo convenerunt. Atque hinc populus qui naturalem tantum pacem violat, impingit in justitiam universalem, transgrediendo naturæ legem, qua vetabatur lædere alterum; qui pacem fœdere firmatam, transgrediendo præterea legem, qua jubebatur servare fidem. ille particularis justitiæ læsæ reus fit, quia jus à natura competens alteri; hic, quia jus ab humano promisso descendens insuper infringit: adeoque & de injustitiâ, & peculiariter de perfidiâ admisiâ, *Authori* quidem & *Vindici* legis naturalis Deo, ad luendam poenam, læso verò populo, ad præstandam satisfactionem obstringitur. II. Licet inter gentes cultiores, superfluum sit, stabilendæ paci naturali talia præsidia adornare, quæ præcepto Divino efficaciam auctoritatemque majorem concilient: at tamen adhibere media, quibus efficacia Divini præcepti in se abunde sufficiens, ad præsentiores expeditioresque usus in humanâ vitâ attemperetur, nunquam inutilis cautio habitâ est. Cum hoc hominum ingenium sit, ut qui sibi eminentioris cujusdam potentiz præ aliis conscii sunt, sola Divini Numinis veneratione immediatè regi continerique se vix patiantur: & cum conscientia suâ feriorisque vindictæ reverentia, facilius pleiique transigant, quam cum dedecoris damnive metu, quod ex violatione fidei datæ, si non certius, at præsentius apertiusque imminet. Inde non rarò videas eos, apud quos Divinæ ultionis lentitudine, ipsa Divinorum præceptorum auctoritas in

B

obli-

oblivionem & contemptum evulit, opprobrio vanitatis ac perfidiæ absterri, ne in eos irruant, quorum securitatem sciunt adversus se fœderis religione, totiusque adeo generis humani iudicio munitam. Deinde inter eos etiam, qui non famæ, sed conscientiæ causâ lædere alterum atque injuria afficere verentur, *sepe habet aliquid obscuri in cæteris suis partibus justitia: ac fidei vinculum per se manifestum est, imò ideo quoque usurpatur, ut de negotiis omni dematur obscuritas.* quæ Hugonis Grotii admonitio est. Nescio an hoc addere liceat: generalius esse pacis naturalis & laxius vinculum, talibusque exceptionibus obnoxium, quas interposita expressè fides non admittit. Pone duos populos, alterum pace tantum naturali, alterum expresso insuper fœdere tibi conjunctum; si tertium cum priore illo, bello non apertè injusto commissus, auxilium tuum imploret, & tibi conditio commoda videatur, poteris illo læso naturali præcepto, à conjunctione naturali recedere, ab expresso fœdere salvâ fide, casu & circumstantiis iisdem non æque. III. Sicut parum utique reverens foret erga Divinum Numen, si pacem à DEO naturaliter præceptam, fœdere insuper stabilire, isthoc proposito conaremur, quasi DEI jussum non satis jam necessitatis nobis attulisset, nisi & ipsi in idem ultro consentiremus; aut quasi ex nostro arbitrio ea obligatio dependeret: Ita facilè deceder consiliis talis fœderis sancienti, æstimatio irreverentiæ erga Divinum Numen; si adversus eum hoc pacto nobis eamus consultum, qui vel necessitatem, quæ revera inest legi naturali de pace servanda, non agnoscit; vel in uniuscujusque arbitrio positum disertè contendit, quousque jus naturaliter sibi competens in omnia, exercere, vique apertâ profèqui, aut remittere, pacemque cum aliis idem jus habentibus colere velit. Qualia principia vix est, ut inter arma suos assertores non consequantur, postquam inter Philosophos ne patrocinium iis deesset, ab *Hobbesio* præstitum est.

De J. B. & P.
111. 25, 1.

Elem. de Civ.
1, 2. & seqq.

IV. Quid? quod ne ipsa quidem sanctissima fidei vincula, continendæ paci conventionè fœdereque sancitæ plerumque sufficiunt. Quibus idcirco firmandis muniendisque,

que, omnes ferè Gentes ætatesque peculiarem hætenus indu-
 striam impenderunt. Rarissima Religio est, quam apud Ale-
 xandrum Macedonem Scythæ professi sunt: *Jurando, gratiam*
Scybas sancire ne credideris: colendo fidem, jurant. Græcorum ista cau-
 tio est: qui acta consignant, & Deos invocant. Nos Religionem in ipsa fi-
 de novimus. qui non reverentur homines, fallunt DEOS. Cæteris popu-
 lis usitatissimum & veluti solenne pacis stabiliendæ præsidium,
Fusjurandum fuit. Cujus vim appositè ad rem nostram expressit
Dionysius Halicarnassensis, quando in fœderibus juratis, Deos
 PACIS SPONSORES ἱερῆς τῶν ὁμολογιῶν, fieri pronuntiavit.
 Cæremonias formulasque talium juramentorum fœderumque
 diligenter annotavit *Briffonius* in *Formulis*: cui addendus *Gro-
 tius de Jur. Bell. & Pac. II, 13, 10. & seqq.* Proximè ad institutum
 nostrum accedit vetustissimus Arabum ritus: apud quos, de-
 scribente *Herodoto*, paciscentes non inter se tantum, sed Me-
 diatori quoque sive Conciliatori pacis fidem suam obstringe-
 bant, se pacta conventa, uti fas & æquum esset, sancto, integre, custodi-
 turos. Juramentis adjungit in enumerandis pacis cautionibus,
Obsides, Polybius: quos & apud *Livium* subinde videas pacis pigno-
 ra nominari. Notatque *Grotius* inter obsides & pignora alia,
 quæ nonnunquam ad firmandas publicas conventiones, in ma-
 nimentis, agris, rebusque, etiam mobilibus constitui solent, hoc tan-
 tum interesse, quod quæ de aliis pignoribus est pactio, non
 tam strictè sumatur, quàm quæ est de obsidibus: cum non sit
 æquale odium: & res quidem natæ sint ut teneantur, non &
 homines.

Cur. VII, 8,
29.

lib. IV.

lib. IV. &
VII.

III, 2.

VII, 2.
II, 13, IX, 15,
de J. B. & P.
III, 20, 59.

V. Qui de moribus Populi Romani in pace con-
 trahenda differunt, illi pervulgatam inter fœdera & sponsiones,
 differentiam ita explicant, ut fœdera quidem dicant esse, quæ
 jussu summæ potestatis fiebant; sponsiones, ubi hi, qui à potestate summâ
 mandatum ejus rei non habebant, aliquid promississent, quod illam proprie
 tangeret. Et fœdera quidem solenni cærimonia ferri citra sum-
 mæ potestatis jussum non potuisse, certum est. Sponsiones
 tamen quanquam præcedente jussu summæ potestatis factæ,
 non ideo fœderum jure censebantur: nisi solennes Fœcialium
 ritus accessissent. Confirmare id licet ex eodem, quo pleri-
 que

vide Grot. de
J. R. II, 153.

- IX, 9. que suam interpretationem adstruere conantur, *Livii* testimonio : apud quem *Postumius* de sponsione sua cum *Samnitibus* : *An si sana mens fuisset, inquit, difficile illis fuit, mittere Romanos legatos, cum Senatu cum Populo, de pace, fœdere agere? ea demum sponsio esset, quam POPULI JUSSU spondidissimus. Sed neq, vos tulissetis, neque nos spondidissimus.* Quin id potius ex universa tractatione illa *Liviana* de fœderibus & sponsionibus elucet : *Populum Romanum, liberâ Republicâ, non aliter quàm fœdere, hoc est, per Feciales, adhibitis ceremoniis solennibus, pacem fecisse, juramentoq, sanxisse. Cum verò Fecialium, apparatusq, solennis ad fœdus jurejurando sancendum, copia haberi non posset; Duces belli, sponsoribus & obsidibus datis, promississe, Populum Romanum fœdere pacem esse facturum.* Itaque sponsionibus non fiebat pax, sed in futurum promittebatur, pacem factum iri. Cæterum neque fœderi, neque sponsioni, injustu Populi factæ vim aut efficaciam ullam ad obstringendum Populum tribuebant Romani. Evincunt id apud *Livium* illa : *Cum de fœdere victor agitaret, negarum Consules injussu populi fœdus fieri posse: nec sine fecialibus ceremoniisq, alia solenni. Itaque non fœdere, pax Caudina, sed per sponsionem facta est. Quid enim aut SPONSORIBUS in fœdere opus esset, aut OBSIDIBUS, ubi PRECATIONE res transigitur? Sponderunt Consules, Legati, Quæstores, Tribuni militum, nominatq, omnium, qui sponderunt, extant: ubi si ex fœdere acta res esset, præterquam duorum Fecialium non exstarent: & propter necessariam FœDERIS DILATIONEM, obsides etiam sexcenti equites imperati.* Sequitur mox ex persona *Postumii*: *Neque ego insitias eo, tam sponsiones quam fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones, fides humana colitur: sed injussu Populi nego quicquam sanciri posse, quod Populum terreat. Denique in formula Fecialium, qua Sponsores Pacis dediti sunt, subjicitur: quandoque hinc homines injussu Populi Romani Quiritium FœDUS ICTUM IRI sponderunt, hosce homines vobis dedo.*
- IX, 5.
- IX, 9.
- IX, 10.

CAP.

CAP. II.

- | | |
|---|--|
| <p>I. Qui Sponsores Pacis ex usu styli curialis hodie dicantur.</p> <p>II. Garantia natura summam exponitur.</p> <p>III. Declaratur exemplo federum, qua pro pace & securitate tertii attingitur ineuntur.</p> <p>IV. Securitate eorum, qui aliorum federibus nominatim comprehenduntur.</p> <p>V. Tum jure tuenda pacis Arbitris competentis :</p> | <p>VI. Et studio concordia servanda amicitiaeque stabilienda, quo Mediatorum officium censetur :</p> <p>VII. Denique obligatione eorum qui fadera aliorum subscribunt:</p> <p>VIII. Quique sua voluntate obsideri sunt.</p> <p>IX. Aut ad solvendam certam pecunia summam se fidejussorio nomine obstringunt, si pax inter alios inita non servetur.</p> |
|---|--|

I.

EXemplo itaque factis vetusto comprobatur, *Pacis Sponsores*, usu latine loquentium rectè nominari, qui alieno nomine pacem, vel factam vel servatum iri promittunt: sed consuetudo publica solennis curialisque scripturae, ad eos restringit hanc appellationem, qui pacem alios quidem facturos vel servaturos promittunt; verum nomine non alieno aut procuratorio, sed suo & proprio: sive id ipsi per se faciant; sive per Procuratores, Mandatarios, Legatos, Plenipotentarios: quibus non nisi populariter loquendo, competit *Sponsorum* nomen: in illos quippe proprie congruens, à quibus spondendi facultatem Mandatarii acceperunt. Ipsos autem Sponsores in *Actis & Instrumentis Tractatum, Conventionumque publicarum*, pro diversa negotii sponsonisque conditione, *Fidejussores*, *Expromissores*, *Custodes*, *Vindicæ*, *Executores Pacis* nominari videas: sicut *Sponsonem Pacis ipsam*, *Fidejussorem*, *Expromissionem*, *Securitatis EviCTIONISq; praestationem* dici obtinuit.

II. Species excellentior hujus Sponsonis est, quam *Garantiam*, peregrino vocabulo nuncupant: cum *Populi liberi*, quive in libero populo summam potestatem habent, inter alios pacificentes fidem suam interponunt, seq; effecturos promittunt, ut pax atque amicitia contracta servetur, & laesa reparetur. Cui fidejussioni, ut rectè observavit Pufendorfius, *De Fur. R. & implicatum est fœdus circa ferendum auxilium illi, qui contra pacem invaditur*, G. VIII. 2. 7.

adversus injuria auctorem. Idque in ipsis plerumque formulis talium sponsonum solet exprimi. Illustre specimen exstat in *Pace Anno hujus seculi sexagesimo inter Serenissimos ac Potentissimos Suecia ac Polonia Reges, Oliva inita* : cujus Artic. 36. Sponsio Pacis his verbis exprimitur : *Cum pro majore securitate hujus Pacificationis, tam Sereniss. & Potentiss. Rex Suecia, quam Sereniss. & Potentiss. Rex & Respublica Polonia, ut & Sereniss. Elector Brandenburgicus postulaverint, ut Sereniss. ac Potentiss. Princeps ac Dominus Dominus Ludovicus Decimusquartus Galliciarum & Navarra Rex Christianissimus, cujus opè ac studio inter premeratos Sereniss. Reges & Sereniss. Electorem Brandenburgicum promotâ, & mediatione ad optatum finem pax hac perducta est, executionis & observationis illius inter eosdem FIDEIUSSOR existeret; Sacra Majest. Christianiss. postulationibus ac votis illorum annuens, eodemque animo pacis hujus perpetuitatem exoptans, quo eam procuravit, pro se ac successoribus suis Regibus Gallia spondet ac promittit : idque per Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Antonium de l'Ombres Legatum suum, plenarius mandatis ad hanc GARANTIAM cavendam instructum, se executionem horum pactorum eorumq; observationem ac perpetuitatem inter Eosdem supra memoratos Principes, omni meliori, quo fieri potest, modo, etiam armis ubi amabilia media non processerint, asserturam : & si quis Eorum, aliquid sub hac fideiussione comprehensorum violaverit, arma viresque suas parti laese, ad ejus requisitionem, juncturam. Integrum quoque erit paciscentibus omnibus, eandem Christianissimi Regis Garantiam & Fideiussorem suscipere, & alios quoque in tempore ratihabitionis, ad idem officii genus invitare & denominare Principes ac Potestates. Interdum & iidem principaliter Paciscentes, inter se mutuo Garantiam præstant : sub aliorum tamen respectu, & quatenus pro aliis compaciscentibus, pacem spondent : exemplo quorumcunque reorum promittendi principallium : quos vice mutua fideiulores non inutiliter accipi, Papinianus respondit. Quo pertinet, quod in pace Westphalica, omnes & singuli ejus transactionis Consortes in se recipiunt, universas & singulas ejus*

si quid eorum à quocunque violari contigerit, laesusq; laedentem vel amicali compositione vel juris disceptatione oblata, à via facti dimovere non poterit, junctum cum parte laesa consiliis viribusque arma sumere ad repellendam injuriam. Quemadmodum & in ante nominata Pace Sueco-Polonica, quo firmior, stabilior, & securior pax coalesceret, & ab omni parte

l. 11. pr. D. de duob. reis con. ffii.

Instr. Pac. §. 115. & 116.

Artic. 35.

intelligit

intemerata duraret, promissioni Partes pacificentes, omnes tam principales, quam fœderata, se eam transactionem & Pacem, omnesq; ejus articulos, capita & clausulas, sanctè & inviolabiliter servare velle & debere; & ne posterum violari queat, se invicem ad generalem Garantiam & Evictionem mutuam ac defensionem reciprocam, omni ex parte obstringunt: quam fieri potest firmissimè spondentes; ut si contingat, unam partem ab altera vel plures a pluribus, terra vel mari, bello contra hanc pacificationem impeti; aggressor, ipso facto pro infractore hujus pacis ab omnibus habetur: ac altera uti & reliqua pacipientium Partes Parti lesa communibus armis assistere, & tam diu contra aggressorem bellum prosequi, donec pax communi omnium Partium consensu restituta fuerit, invicem teneantur. Unde illud etiam apparet, promissiones talium sponsonum tendere quidem præcipue ad aliorum utilitatem, quibus pax & securitas paratur: & ad factum quoque aliorum determinari, qui pacem & quietem se culturos promittunt; esse tamen facti proprii: quatenus Sponsores ad efficiendum quippiam præstandumve se obstringunt, nisi pax inter alios inita servetur.

III. Ut aliquid annotemus ad momenta singula: Novum utique non est, fœdere inter alios inito, alterius, quam cum quo fœdus initur, securitatem pacemq; sanciri. Uti factum in fœdere Smyrnearum & Magnetum de majestate Seleuci Callimici comiter conservanda: quod ex marmoribus Arundellianis publicavit Seldenus. Præmittitur ibi decretum Smyrnearum: in quo illi profitentur, se variis Seleuci beneficiis inductos, ut firmatum quam commodissimè Regi Statum rerum suarum cuperent: misisse hinc ad Magnetiorum incolas, eosque ad amicitiam & belli societatem cum Rege Seleuco in perpetuum servandam invitasse: promississe invicem illis, si conservarent illius Majestatem, & eundem cum illo hostem ac amicum assererent, fore eum & à Populo, & à Rege Seleuco omnimodum favorem & benivolentiam: Magnetios vero invitatos ad servandam Regi Seleuco amicitiam & belli societatem, & ad conservandam ejus majestatem, suâmet sponte pronos, ea qua postulabantur, avidè esse amplexatos: pollicitosq; eandem animi se habituros sententiam cum Smyrnav ad omnia Seleuci Regis commoda. Sequitur fœdus ipsum, atque ea quæ in decreto præcesserant, jurejurando inter hos duos Populos sanciantur.

Marm. Arund. II, p. 15. & seq.

IV. Eo-

IV. Eodem referri debet, quod usu diuturno & frequentissimo, in perpetuam quandam praxin & observantiam invaluit, ut. *aliorum fœderibus, alii nominatim comprehenderentur*: quibus hinc non minus, quam iis, cum quibus fœdus principaliter contractum est, quies & securitas debetur: ita ut ipsam quoque pacem principalem rumpi, si alicui eorum qui suo consensu nominati sunt in pace, vis armorum inferatur, certum sit: uti *Grotius* etiam notatum explicatumque. Exempla talis nominationis tot ferè occurrunt, quot fœderum: præsertim in *superioris & hujus sæculi actis*: quæ hic exscribere nihil artinet. Formula, in *Instrumento Pacis Westphalica* videri potest.

De J. B. & P.
III. 20, 33.

V. Ita porro, etiam ubi de Garantia præstanda expressè non cavetur, inusitatum tamen non est, ut pacis inter alios tuendæ *jus studiumque*, interdum & *obligatio*, ex ipsa negotiorum indole, in alios conferatur. *Jus pacis inter alios tuenda*, potissimum *Arbitris* publicarum controversiarum competit: in quos quicumque facultatem sententiæ in sua causa pronuntiandæ transferunt, ejusdem sententiæ tuendæ asserendæque facultatem transferre intelliguntur: ipso quippe alias arbitrio in irritum recasuro, si Arbitri sententia vi & auctoritate sua destituatur: quæ inter eos, qui superiorem judicem non habent, alia ratione stabiliri vix potest, quam ut ipsi Arbitro cura simul & jus tribuatur providendi, ne quid arbitrio adversum ab alterutra Partium admittatur; aut quæ sopitæ sunt arbitrio controversiæ, denuo excitentur. Sicut enim & aliàs summum quisque causæ suæ judicem facit, quemcunque elegit: ita in Principalibus imprimis controversiis, vanum & derisorium est arbitrium ejus, qui non parentem coercere non potest. Exempla pacis per Arbitros contractæ, copiosissimâ annotatione complexus est *Grotius de Jur. Bell. & Pac. II, 23. 8. & ibi not. III, 20, 46. & not. ad d. l. Add. Pufendorf. de Jur. Nat. & Gent. V, 13, 4. & seqq.*

Vellej. II, 50.

VI. *Studium concordia servanda stabilendæque, inter alios amicitia* in officio & propositis *Mediatorum* præcipuè eminent: quorum operibus potissima gratiæ gloriæque portio decedit, si consilia sua non ad firmandam continendamque concordiam porrigant. Non enim tam cogitandum est de sancienda in præsens amicitia,

amicitia, quam id curandum, ne bello iterum implicentur paciscentes: neque ad differenda, sed ad auferenda mala adhibentur Mediatores: ut *Dionysii Halicarnassensis*, paulum modo immutata verba huc transferamus. Et quod maximè huc referri meretur, observare sanè licet, in quibusdam fœderibus curam pacis conservandæ Mediatoribus, ipso partium Paciscentium consensu disertè ac veluti solennitèr commendati. Ut in *Tractatu Pacis Brandeburgo-Polonica die 19. Septembr. 1657. Welavia conclusa*, cavetur: ut si pars alterutra ei conventioni & fœderi contravenisset, & decenter admonita, satisfacere neglexisset, pars læsa monere teneretur Mediatores ac Serenissimos Reges & Status (cum Mediatoribus fidem suam interposituros) & Eorum curam adhibere procuranda satisfactiõni, & stabilienda concordia rationi. Sequitur inde de futuris Sponsoribus, interque eos de Mediatore ipso, Sereniss. Bohemiæ & Hungariæ Rege: pro securitate & horum pactorum firmitudine fidem suam quoque ut interponant Serenissimi & Potentissimi Reges Ungariæ & Bohemiæ, item Dania Norvegiæq;, denique Præpotentes Fœderati Belgii Ordines rogabuntur; ut injuriam aut vim contra hanc conventionem passa omni meliori modo consulatur, atque debita ipsi satisfactio procuretur.

VII. Quin & obligatio quoque ad defendendam custodiendamque pacem, aliis, præter Partes Principales, hinc subnascitur, si pacis tabulas subscribant: sive conciliandæ paci intervenerint, sive alia de causa fuerint ad id à Paciscentibus adhibiti. Atq; huc respexisse arbitror *Frider. Furium Ceriolanum* in *Formula Pacis* inter *Philip. Hisp. Regem, & Fœderati Belgii Ordines* componendæ; cum admonuit, ut, si Regem arctius pacis adstringi necesse esset, iis Hispani Proceres tam Sacri quam Profani Ordini unâ cum Rege subscriberent. Idem & volente Rege, Germaniæ Principes facerent. Neque alienum hinc est, quod in *Tabulâ Pacis Succo-Danica Roschildiæ 26. Februar. 1658.* iniitæ profitentur Paciscentes, se à Regia Majestatis Franciæ, & Protectoris Angliæ, respectivè Ordinariis Ambassadoribus & Extraordinariis Legatis tanquam Mediatoribus in illis Tractatibus Pacis, rogasse, ut pro majori firmitate ac meliore certitudine & testificatione, ea omnia unâ cum ipsis Partibus principalibus subscribere & subsignare non gravarentur. Exeruitque se hujus Mediationis & subscriptionis efficacia mox in *Tractatu Hagenfi, die 22. Máj 1659. concluso.* in quo Gallia Angliæq;, eo potissimum, quod
 C
 paci

ap. Thuan. lib. LX. An. 1576.

*paci Rotshildensi scienda graviter insudaverant, se permotas esse testantur, ut patriam suam esse censerent, omnem diligentiam omnemq, operam bello re-
rudescenti amolendo adhibere. Additur paulo post Sponsio Garantia futu-
ra, si pacem restaurari consingeret, assumtis etiam Fœderati Belgii Ordini-
bus; ad quam se denique præstandam in Pace Hassniensi de An. 1660.
ipsis quoque Partibus principaliter paciscentibus Sponsores
isti obstrinxerunt.*

VIII. Sed illi quidem, qui subscribunt aliena fœdera, tacite saltem & veluti ex præsumta voluntate, nec ultra quam ut Pacis curam gerant, obligantur: cæterum, quod ad naturam Garantix obligationis propius accedit, *expressa sponsonis vinculo, ad aliud quid sustinendum præstandumque, nisi pax à Partibus Principibus servetur*; obstringuntur *Obsides*, qui sua voluntate se obligant: quos benè distinguit *Grotius* ab iis, qui ab aliis jure summi Imperii traduntur. Ad quid alterutri teneantur, definiri generaliter non potest, sed ex formulis conventionum dijudicari debet. Morte affici *obsides*, si pax non servetur, atque ad id propria voluntate eos sese nonnunquam obstringere, si factum respicias, exemplo non caret: si jus expendas, cordato maximè judicio pronuntiat *Grotius*: eos qui à peccato immunes putant, si qui ex conventionione sola vitam adimunt alicui, & falli ipsos, & periculosa autoritate alios fallere. Digna est, quæ in exemplum Consultationum de hoc argumento instituendarum laudetur *Comina* Philosophia: graviter detestantis crudelitatem eorum, qui atrociora in *obsides* suaserant, cum de iis interficiendis, in concilio Caroli Burgundi deliberaretur. Conferatur *Alberici Gentilis* annotatio de *Jur. Bell. l. 2. c. 19.*

De Jur. R. & P. III, 11, 18. Add. Eund. III, 4, 14. & III. 20. 53. Comm. lib. 2.

Comden. Elisabesh. part. 1. an. 1559. p. 18.

IX. Certior vel certè expeditior plerumque *Fidejussorum* obligatio est; qui se ad certam pecunia summam solvendam obstringunt, si vel id quod in pace promissum est, non præstetur, vel pax ipsa non servetur. Sic in *Formula Pacis Anno superioris seculi 59. inter Elisabetham Angliæ Reginam & Regem Francia, in castello Camera-
censi composita*, disponitur, ut octo mercatores exteri, non Gallo subditi, fidem interponerent pro solutione quingentorum millium coronatorum, nomine pœna, si *Caletum* non restitueretur. In pace verò inter *Richardum Regem Angliæ & Philippum Gallia Regem imita*, ut omnia qua conventa erant, rata habe-

haberentur (verba sunt Rogeri de Hoveden vetusti rerum Anglicarum Scriptoris) statuerunt inter se pacem quindecim millia marcarum argenti: ita quod ille, qui hanc pacem frangeret, daret alteri quindecim millia marcarum argenti; & super hoc invenerunt sibi ad invicem fidejussores. Cumque procedente tempore, Regem Gallia pernitisset inita pacis, congregatoque exercitu Albemariam obsideret; Rex Anglia precepit saisari in manu sua in omni loco dominationis sua omnes res & possessiones Abbatum de Majur-Muster & Cluinni & de S. Dionysio & de la Charité; erant enim predicti Abbates, fidejussores erga Regem Anglia, quod Rex Francia supra dictam pacem servaret, & nisi fecerit, darent Regi Anglia quindecim millia marcarum argenti.

Annal. post.
poster. in R.
chard, l. p. 765

CAP. III.

- | | |
|---|---|
| <p>I. An pro inconsultis & ignorantibus Sponsores Pacis intervenire possint?</p> <p>II. An pro iniuriis & palam detractionibus?</p> <p>III. Utrum inter Superiores & Subdi-</p> | <p>tos Exteri Pacis Sponsores possint existere?</p> <p>IV. An subditi in pace à Superioribus suis conclusa?</p> |
|---|---|

I.

Commemoravimus precedenti capite talium conventionum exempla, quibus Sponsores Pacis à Partibus Principalibus ad spondendum invitati vel spontè admissi, officio isthoc apud consentientes & pro consentientibus defuncti sunt: Cæterum exhibent nobis vetustæ pariter ac recentiores memoriaræ, Sponsones in spem pacis futuræ contractas citra expressum consensum vel alterutrius de Partibus Principalibus, vel utriusq. Sic fervente adhuc inter Populum Romanum & plerasque Apuliæ civitates bello, Theates Apuli, Pacis per omnem Apuliam præstandæ Populo Romano auctores, id audacter spondendo impetraverunt, ut foedus daretur. Et in Conventione Hagensi, in medio æstu belli Sueco Daniæ conclusâ, obstringunt sese invicem Gallia, Anglia, & Fœderatum Belgium in formâ omnium optimâ amplissimâ securissimâque ac reciproca obligatione, si pax inter Reges Danicæ & Suevicæ instauraretur; ut Sponsores, Fidejussores Vindices, essent eorum omnium, quæ inter eosdem Reges pactis sancirentur, ut ea ritè ac sedulo observarentur ac penitus per omnes numeros

Liv. IX. 20.

Tract. Hag. de An. 1659. artic. 5.

272. G. *implerentur.* Neque præter rem equidem est, quod de pactio-
 277- *bus hujus generis Pufendorfius admonuit: posse plures, quorum præ-*
cipuè interest litem sopiri, pactum inter se inire, super junctim suscipiendâ li-
tigantium compositione, ac se mutuo obstringere, quousque singuli bello isti se-
se possint immiscere: Antequam tamen ipsæ Partes Principales in
 tale fœdus confenserint, pro vera fidejussione illud haberi, &
 si arma deponere bellantes nolint, contra eos vis expediri, *ac*
si sponsio commissa esset, non potest. Ejus enim indolis est Sponsio
 Pacis, ut tum demum committatur, cum ille, pro quo inter-
 posita est, vel non exequitur, vel non servat pacem, quam se exe-
 cuturum aut servaturum ipse promisit. Antequam hoc promit-
 tatur, Mediatori fortassis aliunde subnasci rationes possunt, cur
 licere sibi existimet, relictis Mediatoris partibus, illi se adjun-
 gere, quem vel justam bellandi causam fovere, vel ad æquas
 pacis condiciones propendere deprehendit: Fidejussio tamen
 inter alios contracta, vel una tantum bellantium parte consen-
 sientie interposita, neutiquam eas subministrat. Conf. *Grot. de*
J. B. III, 20, 33.

II. Idem multo magis tenendum, si belligerantium *utra-*
que vel *alterutra* pars, Sponsoris apud eam vel pro ea intervenire
 cupientis officium *palam repudiet*: quo casu adversus contuma-
 ces, pro pace, vel pro iis qui seriò pacem optant, arma posse
 moveri, absolute quidem non negaverim: attamen evictionis
 aut securitatis ex fidejussione præstandæ titulum iis cum ratione
 tribui posse, nequaquam existimo. Nam novas quidem in bel-
 lo partes facere, aut se bellantium alterutri socium addere, uni-
 cuique pro jure suo, & antiquorum fœderum ratione liberum,
 aut vetitum censerur: at inter invitos aut pro reluctantibus se
 Sponsorem Pacis obtrudere, nihil continet, in quo vel fiducia
 pacis, vel quietis perpetuitas, vel ullam denique ipsorum pacif-
 centium jus aut obligatio solidè fundetur. Experti sunt ali-
 quando veritatem hujus Philosophiæ, Samnites: quibus pa-
 rum utique profuit, sibi quidem Tarentinos, intempestivos al-
 terique Partium reprobatos & irrisos pacis auctores Sponsores-
 que conciliasse: *inreparabilis* meritò *Romanis* *vanissimam* *gentem,*
quæ suarum impotens rerum, alio modum pacis ac belli facere æquum cense-
ret.

Liv. IX, 14.

III. Denuntiaverant autem Tarentini Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent: per utros stetit, quo minus discederetur ab armis, adversus eos se pro aliis pugnaturos. Cum itaque per Samnites non staret, per Romanos autem staret, quo minus ab armis discederetur; cum his fœdere juncto belli societatem contrahere Tarentini, ex communi populorum gentiumque libertate, potuere: in Hos, ex denunciatione sua, veluti sponsione commissa, expedire arma nullo jure compotes futuri. Alterius inspectionis est quæstio: An liberos populos bello inter se commissos, ad pacem adigere jure possit, qui viribus ad id faciendum idoneis est instructus? Quibus difficultatibus urgeantur Affirmantes; videri potest in *Dissertatione Bœcleriana*, cui titulus: *Quies inturbis*. Hactenus sanè intra votum substitit, ne ad spem quidem solidiorem provectum, *Grotii* monitum: *utile esse, imo quodammodo factu necessarium, convenius quosdam haberi Christianarum potestatum, ubi per eos, quorum res non interest, aliorum controversia definiantur: rationesq; simul iniri cogendi partes, ut æquis legibus pacem accipiant.*

*Diss. Grotian.
V. pag. 139. &
de I. B. II, 23, 8.*

III. De Subditis quid dicemus? Poterunt ne inter illos & Superiores eorum, Exteri Pacis Sponsores existere? Equidem, si in excellentiori significato quis instruat hoc nomen usurpare; sicut *Bellum* non nisi inter Summas Potestates geri dicitur, ita nec *Pax*, nec *Pacis Sponsores*, nisi inter Easdem locum reperient: attamen quia Superiores aliquando contingit cum Subditis, civilium & intestinorum motuum turbis odiisque plusquam hostilibus colliidi; inter eos quoque, expeditissimas quasque concordiaë faciendæ rationes admitti, consentaneum est. Inter quas efficacissima plerisque videtur, si quies & securitas subditorum, Sponsione exterorum Principum Populorumque sanciantur: ut qui fidem subditis rebellibus datam violare, imperii jure fas sibi putant, autoritate sanctitateque fœderis cum peregrinis Principibus initi constringantur. quibus facultatem injuriæ, si qua subditis alienis contra pacta inferatur, vindicandæ competere, optima ratione *Bodinus* asseruit. Nec impedimento est, quod Subditis arma contra Superiores arripere fas non habetur, etiam si illi pactis vel non stent, vel non satisfaciant: inde enim non sequitur, non posse pro ipsis, ab aliis arma sumi. Nam quoties actioni alicui

*Vid. Grot. d. J.
B. III. 19. 6. &
seqq.*

*de Rep. V, 6. p.
606.*

*vid. Grot. de
J. B. II, 25, 8.*

alicui impedimentum ponitur personale, non ex re; toties quod uni non licet, alteri pro eodem licere potest; si modo tale sit negotium, in quo alter alteri prodesse possit. Venit autē impedimentum, quod resistere subditum prohibet, non ex causa, quæ eadem est in subdito & in non subdito; sed ex personæ qualitate, quæ in alios non transit. Appositè autem huc refert *Bodinus* Philippi Macedonis exemplum, cui pace cum Romanis inita, *jus seviendi in Macedonas, qui in bello ab eo defecerant*, ademptum est; in didemque pronuntiandum innuit de Ferdinandi Neapolitani perfidia: qui *securitatem Baronibus Regni, Sponsore Pontificis, Rege Castella & Republ. Veneta, pollicitus*, hos pariter ac illos *perfidem* ut *Cominai* Interpres loquitur, *circumvenit*. Cæterum cautionis hujus valde nobile specimen exstat in *Pactis Monsonianis ad componenda negotia Rhetorum & Vallis Telina d. 5. Martii Anno hujus seculi 25.* inter Hispaniz Gallizque Reges initis, *Artic. 5. & seqq.*

IV. Vicissim ne in alteram quidem partem desunt exempla *Subditorum*, tali sanctione *ad spondendum in pactis Principum suarum adhibitorum*, ut si *Principes pactis non stitissent, ipsi ab omni obsequii vinculo liberi, vel hosti adversus Principem auxilium ferre, vel Principi adversus hostem auxilium non ferre, tenerentur*. In priorem formulam conceptæ Fidejussionis specimen exstat in *Annalibus Anglicanis*, his verbis consignatum: *Ut pax firmior haberetur inter Philippum Regem Franciæ, & Johannem Regem Angliæ, statutum est, & confirmatum, quod si Rex Franciæ in aliquo violaverit pacem, quam ipse cum Rege Angliæ fecerat, Barones Franciæ, quos ipse Fidejussores de servandâ pace assignavit, à fidelitate sua cum omnibus hominibus eorum soluti, redirent ad Regem Angliæ, ad auxiliandum ei contra Regem Franciæ. Similiter erit de Baronibus Regis Angliæ, quos ipse constituit Fidejussores de pace servanda, qui in obsequium Regis Franciæ converterentur, cum hominibus eorum, à fidelitate Regis Angliæ soluti, si Rex Angliæ pacem illam fuerit transgressus. Posterioris exempla annotavit Grot. de J. B. & P. l. 3, 16. in not.*

Liv. XXXIX,
23.

de Bell. Neap.
lib. 1. & 2.
Gramond. lib.
15. pag. 666.
Minist. Card.
Mazarin. p.
182. & seqq.

Roger. de Ho-
reden. Annal.
part. 2. in Jo-
han. p. 823.

CAP.

CAP. IV.

- | | |
|---|---|
| I. Quando Sponsio Pacis commissa & pax rupta consecretur? | IV. Cujus impendii auxilia prestentur ex Sponsione pacis? |
| II. An remittente sui suum parte principali, Sponsor Pacis turbatorem armu coercere possit? | V. Utrum Successor Sponsoris teneatur? |
| III. An Sponsor teneatur ad auxilium, si ipse domi periclitatur? | VI. Modus auxilii, vi Sponsionis praestandi. |
| | VII. Monita de Sponsionis usu abusuque. |

I.

II, 2.

QUOD supra, cum naturam hujus negotii summatim describeremus, Sponsionem pacis, ad factum quidem alienum determinari, esse tamen facti proprii promissionem, asseruimus; illud huc praecipue tendit, ut non prius Sponsor ad ferendum Parti alterutri paciscentium auxilium obstrictus intelligatur, quam cum ab altera parte, pax conventa rupta fuerit: nam si ex nova causa bellum moveatur, id non perinet ad obligationem Fidejussorum: de J. N. & G. uti jam est à Pusendorfio animadversum. Tribus autem modis pacem rumpi docet Grotius: faciendo aut contra id quod omni paci inest, aut VII, 8, 7. de J. B. & P. III, 20, 27. & contra id quod in pace dictum est aperire, aut contra id quod ex pacis cujusque natura debet intelligi. Neque praetereunda est Alberici Gentili admonitio: de J. Bell. II, 13. in conventionibus similibus omnibus, videndum esse, quid pactis comprehensum sit: & si quid contra conventa patratum sit. Quin & usum diversarum Gentium non levis ad hanc rem discernendam momenti esse, idem alibi observat: nec enim ad pacem rumpendam, a- de Jur. B. I, 2. ctus iidem inter omnes aequae sufficiunt. narratque de Induciis III, 24. p. 703. inter Hungaros & Turcas Paulus Jovius: Ex inveterata consuetudine, Histor. lib. in finibus minuta praelia & extraordinarias incursiones eos admisisse. nisi justis XXXVI. copiis, cum justo tormentorum muralium apparatu, vi inferretur. Add. Gros. de J. B. & P. II, 15, 15.

II An autem pacem pro rupta haberi, damnumque illatum sibi refarciri, aut vindicari velit, Is, cui contra leges pacis, injuria intentatur, ab Eiusdem in primis judicio suspensum debet intelligi: quo spectat, quod in plerarumque Sponsionum Formulis, ad requisitionem Partium, se auxilia sua praesidiaque paci tuendae expedituros, promittunt Sponsores. Nam & post Gros. de J. B. & P. III, 20. læsam 38.

læsam ab altera Parte fidem, integrum est Parti innocenti, pacem servare: sicut *Scipio* fecit, post multa Carthaginensium perfida facta: quia contra obligationem faciendo, nemo se obligationi eximit: & si additum est, ut tali facto paxrupta habeatur, adjectum id ceteri debet in commodum innocentis duntaxat, si eo uti velit. qui, si jus suum spontè remittat, non magis officio Sponsoris conveniet operam suam quiescenti obrudere, vel ad coereendum pacis transgressorem, ferrum stringere, quam cuilibet alii fidejussori congruit, creditorem debitoremve principalem adigere ad accipiendam vel præstandam debiti solutionem, quod creditor debitori sponteremisit. Certè glorioso pacis tuendæ custodiendæve titulo inaniter conatus suos colorat, quem prava cupidine apparet, ex affectata pacis rutela, novi belli semina & prætextus aucupari. Conf. quæ de *liberandis ab invasore inritis*, monet *Grot. de J. B. & P. I. 4, 19. in not.*

III. Ipsa de cætero obligatio ad auxilium præstandum, ex natura fœderis defensivi æstimanda est: iisdemque penitus regulis definienda pariter ac explicanda. Sic, ut in exemplum quædam annotemus, perinde hic atque in fœdere defensivo simplici, Is, qui auxilium alteri promisit, excusabitur, *quandiu ipse domi periculatur*, in quantum copiis opus habet. Huc enim eximie pertinet, quod alicubi Seneca pronuntiavit: *Succurream perituro, sed ut ipse non peream.*

IV. Haud secus, ut in aliis fœderibus, quæ defendendi alterius causa contrahuntur, ita in hac etiam sponsione, si de sumptibus & expensis belli nihil expressè definitum sit, auxilia promissa ab una tantum parte, intelliguntur deberi impendiis ejus, qui postulabit: qui, si justa arma habeat, uti damna cætera, ita & sumtus à ruptore pacis est recuperaturus.

V. *Successores* Sponsorum, in his sponsionibus disertè exprimi, solenne est. Si mentio eorum non fiat, æque ac in fœdere defensivo alio, nihilominus obligabuntur. Est enim favorabile, adeoque reale hoc fœdus: sive pacem spectes, cujus custodiæ destinatur: sive bellum, quod arcendæ non inferendæ injuriæ paratur: sive ipsum denique Fidejussionis negotium, quo Christianus Christiani, Vicinus Vicini, Amicus Amici, homo

Grot. de J. B. II, 16, 12.

Grot. de J. B. III, 20, 11.

Grot. de J. B. II, 16, 16.

homo denique hominis securitatem & quietem non amare solum, sed tueri instituit: quod inter privatos quoque *charitatis*, ut Christiani loquuntur, & *officii ac humanitatis*, ut Cicero & alii vocant, favore sustentatur.

VI. De tempore quoque ac modo auxilii expediendi ex natura fœderis defensivi judicandum est: uti & de uniyerso *Sponsorum officio*. quæ tamen omnia non tam generalibus regulis observationibusque includi, quam pactionum conventionumque legibus determinari amant. Unde non ingratum Civilis prudentiæ Studiosis officium me esse præstiturum confido, si plenior talis *Sponsoris Formulæ*, à Viro quodam Celeberrimo in exemplum compositam, & à DN. PRÆSIDE mecum communicatam, hic inferuero. Est autem illa in hæc verba concepta:

Pacem inter - - - - & - - - - ad communem Christianarum gentium quietem pertinere, semper quidem judicatum est: sed præsertim novissimis temporibus sancitum fœdus amicitie, in perpetuum stabiliri, & pacem omni genere muniminis firmari, optarunt, expectaverunt, anhelantius communia Christiani orbis desideria. Tantam pro publica felicitate consensionem, testataque tot literis, numiis & quasi acclamationibus populorum, vota, non potuerunt non movere utriusque populi Reges, ut officii, quo nullum inter Regia opera sanctius est, summam rationem habendam, neque à salutaris de pacando orbe sententia discendum sibi uspiam judicarent. Ingenitum ipsis est, Justitia & Pacis tutelam, solii Regii munimentum amplecti. Quo factum est, ut & admitterent haud difficulter oblata, & requirerent ultro illa Amicorum officia, quæ ad securitatem Pacis & Garantiam consuevandam idonea & possibilia videri possent.

Convenit igitur inter - - - - & - - - - Reges ab una parte & [hic inferantur Sponsorum nomina] ex altera parte: & nova ac in perpetuum valitura pactionis assecuratoria decretum est in hanc sententiam:

Pacem inter Reges & Regna - - - & - - - - factam & conclusam juratamque, in omnibus suis articulis & punctis sanctè & perpetuo servatum iri, denuo promittunt & jurant Pacificitati Reges altissimè memorati.

Iidem Reges suæ Pacis secundos Auctores, Custodes, Firmatores, Fidejussores insuper constituunt, & requisitos eo nomine & utrinque probatos Sponsores, qui, pro suo in rem Christianam studio, & in Reges Pacificatos affectu, non tantum in genere omnes & singuli videbunt, ne quid Pax detrimenti capiat, sed delati susceptique hujus officii sui munia particulariter ita explebunt:

D

Qui-

Quicumque ex Fidejussoribus compererit, aut fama, etiam nondum certissima acceperit, aliquid ab alterutra vel utraque parte Regnorum pacatorum, aut apud illa, ab aliis agitari, unde Pax periclitari queat, ille ceteros ad Garantiam his tabulis obligatos, ea de re per celeres nuntios aut literas moneat.

[NB. Hic potest ordo designari, quo à proximo ad proximum, atque adeo ad omnes citò perscribi aut nuntiari possit: addita semper sua cujusque sententiâ: ita ut ultimus unâ cum nuntio, cæterorum sententiam sciat.

In communicatione ejusmodi, loci oportunitas & temporis celeritas præcipuè spectatur, citra omne præjudicium prærogativæ cujusquam aut conditionis.]

Si vel unus de Expromissoribus, aut cum altero seu paucis, Paci sapius dicta motuant, aut periculum conjectura præsumant; vigore hujus pacationis licebit ei apud partem unde periculum metuitur, vel si ab utraque causa existunt, per literas aut nuntios, suam sollicitudinem ex officio proficere, atque ne firmitas Pacis labefactaretur, monere, & ut suspiciones quoque hujus rei vitentur, rogare: absque periculo offensionis. Cunctatio enim & mora sæpe noxia est.

Quod si omnes, aut plures Expromissores pacem ruptam esse judicaverint, tum liceat singulis, & pluribus, & universis, ruptorem captis pignoribus inhibere, & conjunctis viribus vel læsa parti assistere, vel cum hac cadentem adoriri, & ad res reddendas i. e. satisfactionem præstandam, pacemq; redintegrandam, quibus potest fieri modus, compellere: undeteneantur hoc communi opè prestare omnes.

Quando autem firmæ Pacis numquam satis consultum est, si ex alia causa armis agi potest: itaque hic discretè constituitur, ne vel ex nova causa resumantur arma; sed potius ad Arbitros eatur, eosdem Expromissores Pacis, & viâ compromissi effusio Christiani sanguinis vitetur.

Quod si Fœderati hujus partis, alteri parti, aut alterius partis Fœderati, huic parti arma insulerint, ex capite aliquo pace definito complanatoque: tum pars illa cujus Fœderati arma sumserint, teneatur una cum Expromissoribus quantocius pacem restituere. Si autem id factum fuerit ex aliis ad pacem prædictam planè non pertinentibus capitibus, sinceritas tamen amicitie & pacis sæpius dicta suadebit, vel prævenire, si fieri potest, talem casum, vel quamprimum emendare.

Si subditi hujus partis, militent alterius partis hostibus, aut alterius par-

is subditi, mereant stipendia apud hujus partis hostes, non missu publico, nec sub signis & formatu cohortibus profecti, sed seorsum, ex consuetudine, cui comivere summae potestates certis in locis solent, pax propterea non habeatur pro rupta: si tamen aliquid gravius momenti pro re nata accedat, liceat parti gravata, expromissoribus inspectionem rei commendare, & si via videbitur, remedium exposcere: qui non decrum desiderii petentium.

[NB. Peritos autem Duces, commodare hostibus pacatae partis, an & quatenus liceat, videndum.]

Si hujus partis socius ab altera parte, vel alterius partis socius ab hac parte vis inferatur, an rupta pax censetur?

[NB. Cogitandum, & si quid affirmabitur, enumeratio sociorum facienda.]

Ut subditi utriusque regni, alteri ab alteris hostiliter habeantur, nullo modo fas est. Si quid tamen irarum aut pugnarum eveniret, vel ut inter privatos, vel ut a magistratibus; non statim prorupta pax haberi debet, sed disceptatione juris, vel inter partes, vel apud Expromissores, definiatur.

A piratica, mutua securitas partibus maneat.

Si caput aliquod pacis non eodem modo ab utraque Parte accipitur, aut extenditur contrahaturve, judicium Expromissorum in interpretando necessarium sit & valeat.

Si altera pars queratur, praestita non fuisse praestanda; implenda non impleta esse, Expromissorum sit arbitrium, justa nec ne querela sit.

Artes & munimenta extruere in finibus, quibus altera pars incommodatur, non liceat, nisi de consensu utriusque partis, aut Fidejussorum arbitrio.

Copiarum conscriptio an merito suspecta sit alteri parti pacatae, Fidejussorum sit inspectio: sed extra dilationes posita.

Recipere demigratores, sed singillatim, & exules licebit utrique parti: sed tamen jus reddatur petenti adversus receptos, & contumelia propositum in recipiente absit.

Denique utraq; pars se obligat, ne etiam ex ortu querelae ad arma veniatur, antequam de jure apud Arbitros sive Expromissores disceptetur.

V I F. Tam exacta sollicitudine, praeterquam quod praeventuntur avertunturque multorum spes pravae, & cupiditates turbandae quieti ac dissolvendae societati natae; id praecipue intenditur, ut talibus undiquaque vinculis pax constringatur, si *ἢ* (ut Polybii verba huc accommodem) ὁ πικροδεις ἢ θυμὸν τῶν πικρῶν ἀδότην. per qua is, cui fidei mutare nequeat: Quo-

VIII, 2.

niam autem, ut nihil ex omni parte firmum penitus & sincerum sperari potest, hic quoque subinde intercurrunt aliquæ aberrationes, fragilitati humanæ non utique semper vitabiles : *ὡς περὶ αἰσίου πλοῦτος, τὸ τῶν χρεῶν λόγον φροντίζον, ἵνα ἂν περὶ καὶ σφαλλόμεθα, τῆς περὶ τοῖς ἐκτὸς συγροῦμαι μὴ διαμαρτάνομαι. Proxima hæc quasi navigatio fuerit, si quantum ratione potest, caverimus, ut si quid forte à nobis offensum fuerit, ei veniam certe extranei nobis tribuans. Τοῖς μὲν γὰρ ἀσίκπτως ἐαυτῆς ἐρχόμενοι τοῖς ὑπερταῖοις ἐπιτιμητῶν. τοῖς δὲ τὴν ἰνδοχόμενι ἀεὶ τοῖαν ποιεῖται ἢ ἐκκλητῶν. τὸ μὲν γὰρ μὲν ἀνὶ πιστεύειν εἰς τὴν ἀ-ἀεχρον. Nam illi quidem demum reprehensione digni sunt, qui temerè suorum hostium fidei se permittunt : illi verò non sumi culpandi, qui providè, pro ut possunt, sibi cavent : nam credere quidem prorsus nemini, amittere est facultatem rerum gerendarum. Ut se adeo usù non infructuoso Sponsio Pacis comendat. At, inquis, melius est ac paciorum firmitudinem, ipsorum paciscen-
tium fidei inniti : & ad perfidiam irritat, qui de alterius fide nimium anxius est :*

De benef. III,

15.

Respondeo Seneca verbis : Utinam nulla stipulatio emittorem venditori obligaret, nec pacta conventaque impressu signis custodirentur, fides illa potius servaret, & equum colens animus. Sed necessaria praevalerunt optimis, & cogere fidem quam spectare malunt. Sæpe enim bellantes, odio, sæpe utilitatibus nulla arte aut tempore conciliabilibus distrahuntur : nec unquam fere desunt inter paciscentes, qui fidem hosti daram fallere, inter arcanas dominationis statusque regulas profitentur : ubi hosti credere, incauta securitas : Sponsori non credere, barbara diffidentia est. Sed quis ipsum (inltas) continebit coerebitve Pacis Sponsorem, si securitatem fidemque mihi promissam de serere, vel suis compendiis aut lubidini ultro pareat immolare? DEUS & Conscientia : imo DEUS per conscientiam : quæ non testes modo mille, sed totidem iudices fœderum ruptorum, vindicesque repræsentat. Scimus quidem ex veteribus novisque historiis, alieni cupiditatem, & inprimis rerum quietarum apud alios turbandarum miscendarumque lubidinem, ab ipsa Pacis Sponsione sibi quærere colorem obtentumque : sed non ideo statim reprobari mereret, si quid à malis usurpatur. Navigant & piratæ : ferro utuntur & latrones,

F I N I S.

rre firmum penitus & sincerum
 e intercurrunt aliquæ aberratio-
 ne semper vitabiles: *ἄνευ* *ἀπο*
ἀπὸ τοῦ σπασμῶδη, τὸ πρὸς
αὐτῶν. Proxima hæc quasi navigatio
ἴσχυς, ut si quid forte à nobis offensum
ἴσχυς. Τοῖς μὲν γὰρ ἀδικήσασιν
ἴσχυς. Τοῖς δὲ τῶν ἰδιωτικῶν ἴσχυς
ἴσχυς γὰρ μὲν ἀδικήσασιν ἴσχυς ἀ-
 rebensione digni sunt, qui temerè suo
 non sunt culpandi, qui providè, pro ut
 protus nemini, committere est faulta-
 u non infructuoso *ἴσχυς* *ἴσχυς*
 orum firmitudinem. *ἴσχυς* *ἴσχυς*

VIII, 2.

niam autem, ut nihil ex omni parte firmum penitus & sincerum sperari potest, hic quoque subinde intercurrunt aliquæ aberrationes, fragilitati humanæ non utique semper vitabiles: *δὲ τις ἂν εἴη πᾶσι, τὸ τῶν χεῖρῶν λόγον φροντιστῆν, ἵνα ἂν περὶ καὶ σφαλῶμεθα, τῆς προῆς τοῖς ἐκτὸς συνηγορίας καὶ διαμαρτυρίας. Proxima hæc quasi navigatio fuerit, si quantum ratione potest, cauerimus, ut si quid forte à nobis offensum fuerit, ei veniam certe extranei nobis tribuant. Τοῖς μὲν γὰρ ἀσπίκτως ἐαυτοὺς ἐρχομένης τοῖς ὑπερταῖοις ἐπιτιμητῶν. τοῖς δὲ τὴν ἰνδραχολίαν ἀπορῶσαν ποιοῦντο ἕκ ἐγκλητῶν. τὸ μὲν γὰρ μὲν πρὸ πιστεύειν εἰς τὴν ἀπορῶσαν. Nam illi quidem demum reprehensione digni sunt, qui temerè suorum hostium fidei se permittunt: illi verò non sumi culpandi, qui providè, pro ut possunt, sibi cavent: nam credere quidem prorsus nemini, amittere est facultatem rerum gerendarum. Ut se adeo usù non infructuoso Sponsio Pacis commendet. At, inquis, melius est ad pacis firmitudinem, ipsorum paciscentium fidei inniti: & ad perfidiam irritas, qui de alterius fide nimium anxius est:*

De benef. III,

15.

Ultimam nulla stipulatio emittorem venditori obligaret, nec pacta conventaque impressu signis custodirentur, fides illa potius servaret, & equum colens animus. Sed necessaria praeulerunt optimis, & cogere fidem quam spectare malunt. Sæpe enim bellantes, odio, sæpe utilitatibus nulla arte aut tempore conciliabilibus distrahuntur: nec unquam fere desunt inter paciscentes, qui fidem hosti daram fallere, inter arcanas dominationis statusque regulas profitentur: ubi hosti credere, incauta securitas: Sponsori non credere, barbara diffidentia est. Sed quis ipsum (instas) continebit coërcetive Pacis Sponsorem, si securitatem fidemque mihi promissam de serere, vel suis compendiis aut libidini ultro parei immolare? DEUS & Conscientia: imo DEUS per conscientiam: quæ non testes modo mille, sed totidem iudices fœderum ruptorum, vindicesque repræsentat. Scimus quidem ex veteribus novisque historiis, alieni cupiditatem, & inprimis rerum quietarum apud alios turbandarum miscendarumque libidinem, ab ipsa Pacis Sponsione sibi quærere colorem obtentumque: sed non ideo statim reprobari meretur, si quid à malis usurpatur. Navigant & piratæ: ferro utuntur & latrones,

F I N I S.

te firmum penitus & sincerum
 intercurrunt aliquæ aberratio-
 ne semper vitabiles: *ἄντις αὐ-*
τῶν τῶν ὁραμάτων, τῶν πῶς
ἔσονται. Proxima hæc quasi navigatio
 periculis, ut si quid forte à nobis offensum
 fuerit. *Τοῖς μὲν γὰρ ἀδικήτοις ἐπι-*
τιμωριῶν. τοῖς δὲ τῶν ἀδικούντων ἐπι-
τιμωριῶν μὲν πῶς ἐπιτιμωριῶν ἐστὶν ἄ-
 ebensione digni sunt, qui temere suo-
 perbi non sunt culpandi, qui providè pro se
 prorsus nemini, amittere est faulta-
 tum non infructuoso Sponso Pacis
 eorum firmitudinem. *ἰσχυρὸν παρρη-*

VIII, 2.

niam autem, ut nihil ex omni parte firmum penitus & sincerum sperari potest, hic quoque subinde intercurrunt aliquæ aberrationes, fragilitati humanæ non utique semper vitabiles : *δὲ τις αἰεὶ εἰς πᾶς, τὸ τῶν καὶ λόγον φροντίζον, ἵνα ἂν περὶ καὶ σφαλῶμεθα, τῆς πρὸς τοῖς ἐκτὸς συγροῦμεν καὶ διαμαρτάνομεν. Proxima hæc quasi navigatio fuerit, si quantum ratione potest, caverimus, ut si quid foris à nobis offensum fuerit, ac veniam certe extranei nobis tribuans. Τοῖς μὲν γὰρ ἀσίκπτως ἑαυτὲς ἐρχόμενοι τοῖς ὑπερταῖοις ἐπιτιμητῶν. τοῖς δὲ τὴν ἀνδεχομένῃ αἰσῶναιαν πορευόμενοι ἔκ ἐγκλητῶν. τὸ μὲν γὰρ μηδενὶ πιστεῖν εἰς τέλος ἀπεικτον. Nam illi quidem demum reprehensione digni sunt, qui temerè suorum hostium fidei se permittunt : illi verò non sumi culpandi, qui providè, pro ut possunt, sibi cavent : nam credere quidem prorsus nemini, amittere est facultatem rerum gerendarum. Ut se adeo usù non infructuoso Sponsio Pacis commendat. At, inquis, melius erat paciorum firmitudinem, ipsorum paciscentium fidei inniti : & ad perfidiam irritas, qui de alterius fide nimium anxius est :*

De benef. III, 15.

Respondeo Seneca verbis : *Ultimam nulla stipulatio emittorem venditori obligaret, nec pacta conventaque impressu signis custodirentur, fides illa potius servaret, & æquum colens animus. Sed necessaria prætulorum optimis, & cogere fidem, quam spectare malunt. Sæpe enim bellantes, odio, sæpe utilitatibus nulla arte aut tempore conciliabilibus distrahuntur : nec unquam fere desunt inter paciscentes, qui fidem hosti daram fallere, inter arcanas dominationis statusque regulas profitentur : ubi hosti credere, incauta securitas : Sponsori non credere, barbara diffidentia est. Sed quis ipsum (inltas) continebit coërcetive Pacis Sponsorem, si securitatem fidemque mihi promissam de serere, vel suis compendiis aut lubidini ultro parei immolare ? DEUS & Conscientia : imo DEUS per conscientiam : quæ non testes modo mille, sed totidem iudices fœderum ruptorum, vindicesque repræsentat. Scimus quidem ex veteribus novisque historiis, alieni cupiditatem, & inprimis rerum quietarum apud alios turbandarum miscendarumque lubidinem, ab ipsa Pacis Sponsione sibi quærere colorem obtentumque : sed non ideo statim reprobari meretur, si quid à malis usurpatur. Navigant & piratæ : ferro utuntur & latrones.*

F I N I S.



te firmum penitus & sincerum
intercurrunt aliquæ aberratio-
ne semper vitabiles: *ἡμεῖς δὲ*
ἀντὶ τῆς σπουδαίας, τῆς περὶ
ἡμῶν. Proxima hac quasi navigatio
est, ut si quid forte à nobis offensum
erit. *τοῖς μὲν γὰρ ἀρετῶν ἐπι-
τησίαι.* *τοῖς δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐπι-
τησίαι.* *γὰρ μὲν δὲ πιστοὶ ἐστὶν τὰς ἀ-*
εὐβησίαις ἀξιόμαται, qui temere suo-
rum non sunt culpandi, qui providè, pro ut
propterea nemo, amittere est facultas
non infructuoso Sponso Pacis
orum firmitudinem, sporum pacificen-

VIII, 2.

niam autem, ut nihil ex omni parte firmum penitus & sincerum sperari potest, hic quoque subinde intercurrunt aliquæ aberrationes, fragilitati humanæ non utique semper vitabiles : *δύστης ὁ ἀσπίτης, τὸ τῶν χεῖρ' λόγον φροντίζει, ἵνα ἂν περὶ καὶ σφαλλόμεθα, τῆς προῆ τοῖς ἐκτὸς συρροῦμεν καὶ διαμαρτυρούμεν. Proxima hæc quasi navigatio fuerit, si quantum ratione potest, caverimus, ut si quid forte à nobis offensum fuerit, at veniam certe extranei nobis tribuans. Τοῖς μὲν γὰρ ἀσπίτης ἑαυτὸς ἐρχόμενος τοῖς ὑπερταῖοις ἐπιτιμῆται. τοῖς δὲ τὴν ἀνδραγαθήν αἰσθόμενος πορευόμενος ἐκ ἐγκλητῶν. τὸ μὲν γὰρ μηδενὶ πιστεῖν εἰς τέλος ἀσχετόν. Nam illi quidem demum reprehensione digni sunt, qui temerè suorum hostium fidei se permittunt : illi verò non sumus culpandi, qui providè, pro ut possunt, sibi cavent : nam credere quidem prorsus nemini, amittere est facultatem rerum gerendarum. Ut se adeo usù non infructuoso Sponsio Pacis comendet. At, inquis, melius er at paciorum firmitudinem, ipsorum pacifcentium fidei innici : & ad perfidiam irritat, qui de alterius fide nimium anxius est :*

De benef. III, 15.

Ultimam nulla stipulatio emittorẽ venditori obligaret, nec pacta conventaque impressu signis custodirentur, fides illa potius servaret, & æquum colens animus. Sed necessaria prætulorũ optimis, & cogere fidem, quam spectare maluit. Sæpe enim bellantes, odio, sæpe utilitatibus nulla arte aut tempore conciliabilibus distrahuntur : nec unquam fere desunt inter pacifcentes, qui fidem hosti dariam fallere, inter arcanas dominationis statusque regulas profitentur : ubi hosti credere, incauta securitas : Sponsori non credere, barbara diffidentia est. Sed quis ipsum (instas) continebit coërcetive Pacis Sponsorem, si securitatem fidemque mihi promissam de serere, vel suis compendiis aut lubidini ultro parei immolare ? DEUS & Conscientia : imo DEUS per conscientiam : quæ non testes modo mille, sed totidem iudices fœderum ruptorum, vindicesque repræsentat. Scimus quidem ex veteribus novisque historiis, alieni cupiditatem, & inprimis rerum quietarum apud alios turbandarum miscendarumque lubidinem, ab ipsa Pacis Sponsione sibi quærere colorem obtentumque : sed non ideo statim reprobari meretur, si quid à malis usurpatur. Navigant & piratæ : ferro utuntur & latrones.

F I N I S.